



BOLETÍN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON

EX COMMISSIONE BIBLICA

Circa citationes implicitas in S. Scriptura contentas.

Cum ad normam directivam habendam pro studiosis Sacrae Scripturae proposita fuerit Commissioni Pontificiae de re Biblica sequens quaestio, videlicet:

Utrum ad enodandas difficultates quae occurrunt in nonnullis S. Scripturae textibus, qui facta historica referre videntur, liceat Exegetae catholico asserere agi in his de citatione tacita vel implicita documenti ab auctore non inspirato conscripti, cujus adserta omnia auctor inspiratus minime adprobare aut sua facere intendit, quaeque ideo ab errore immunia haberi non possunt?

Praedicta Commissio respondendum censuit:

Negative, excepto casu in quo, salvis sensu ac iudicio Ecclesiae, solidis argumentis probetur: 1.º Hagiographum alterius dicta vel documenta revera citare; et 2.º Eadem nec pro-

bare, nec sua facere, ita ut jure censeatur non proprio nomine loqui.

Die autem 13 Februarii anni 1905 Sanctissimus, referente me infrascripto Consultore ab Actis, praedictum Responsum approbavit atque publici juris fieri mandavit.

L. ✠ S.—FR. DAVID FLEMING, O. F. M. *Consultor ab Actis.*

*Sobre acompañamientos de clérigos seculares y regulares
á los entierros.*

La Sagrada Congregación del Concilio, por Decreto de 19 Noviembre de 1904, declaró lo siguiente:

1.º Según el derecho común, los herederos ó los parientes del difunto, aun sin saberlo ó contradiciéndolo el Párroco, pueden llamar para acompañar el cadáver á los Sacerdotes que quisieren.

2.º Que, exceptuando el Párroco propio del difunto, el cual por ley del Ritual Romano tiene derecho y obligación de intervenir, los herederos pueden llamar para acompañar el cadáver aun á los Regulares, dejando á los Canónigos y á los demás presbíteros.

3.º Esta libertad de los herederos no se puede quitar por ninguna costumbre en contrario, ya porque se trata de actos meramente facultativos, contra los cuales no puede darse prescripción, ya también porque esto sería impedir la natural libertad de los herederos.

EX S. C. INDULG.

*Summariū omnium et singularum Indulgentiarum Archi-
confraternitatis SSmi. Sacramenti in ecclesia S. Mariae supra
Minervam de Urbe canonice erectae concessarum.*

(CONCLUSIÓN)

A Clemente X, die 24 Januarii 1673

10. Indulgentia centum dierum confratribus et consorori-
bus, pro qualibet vice, qua cadaver alicujus Christifidelis
defuncti ad sepulturam associaverint.

A Benedicto XIV, die 2 Augusti 1749

11. Indulgentia centum dierum confratribus et consorori-
bus, quotiescumque Missis in Ecclesia, seu Capella, vel Oratio
Confraternitatis pro tempore celebrandis.

12. Seu Congregationibus publicis, vel privatis Confrater-
nitatis ubivis faciendis;

13. Vel quibuscumque Processionibus de licentia Ordinarii
peragendis interfuerint;

14. Aut pauperes Hospitio susceperint;

15. Vel pacem inter inimicos, aut dissidentes composuerint,
seu componi fecerint, vel procuraverint;

16. Vel si impediti, Sanctissimum Eucharistiae Sacramen-
tum, tam in Processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias
quocumque, et quomodocumque pro tempore defertur, comitari
nequiverint, et campanae ad id signo dato, semel Orationem
Dominicam, et salutationem Angelicam dixerint, aut quinquies
Orationem et salutationem easdem pro animabus defunctorum,
et consororum ejusdem Confraternitatis recitaverint;

17. Aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint;
18. Vel ignorantibus Dei praecepta, et ea, quae ad salutem sunt, docuerint;
19. Vel infirmitate, aut carcere detentos visitaverint, aut aliquo spirituali, seu temporali subsidio subvenerint;
20. Vel quodcumque aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint.

A Pio IX, 13 Junii 1853

21. Indulgentia plenaria confratribus et consororibus, qui vere poenitentes, confessi ac sacra Communione refecti, processioni in Dominica tertia cujuslibet mensis, et feria quinta in *Coena Domini* fieri solitae interfuerint, et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliud temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, revocata Indulgentia septem annorum, etc. in supraenunciatis diebus a Paulo V, elargita.

22. Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum confratribus et consororibus, qui locum ubi Sanctissimum Sacramentum asservatur, feria quinta in *Coena Domini* corde saltem contrito et devote visitaverint, ac ut supra oraverint; revocata Indulgentia centum dierum ab eodem Paulo V concessa.

23. Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum confratribus et consororibus semel in die acquirenda, si pariter corde contrito horis vespertinis, aliqua Ecclesia seu publico Oratorio, Sanctissimum Sacramentum visitaverint, et ut supra oraverint.

Indulgentia omnibus et singulis utriusque sexus Christianis, qui ad honorem, et cultum Sanctissimi Sacramenti sese in sequentibus piis operibus exercuerint, concessae ab Urbano IV anno 1264 per suam Bullam incipientem «Transiturus» qua festivitatem Corporis Domini instituit, a Martino V die 26

Maji 1429 ampliatae, et ab Eugenio IV die 26 Maji 1433 confirmatae, et adauctae.

1. Indulgentia bis centum dierum omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, et confessi in pervigilio festivitatis Corporis Domini jejunaverint, aut aliud opus pium juxta consilium confessarii peregerint.
2. Indulgentia quatuor centum dierum cuicumque Christifideli poenitenti, et confesso, qui Officio divino in primis, et secundis vesperis, ac Missae ejusdem festivitatis interfuerint.
3. Indulgentia centum sexaginta dierum, quotiescumque in praedicto festo horis primae, tertiae, sextae, nonae et completorii, quis intervenerit pro qualibet ipsarum horarum.
4. Indulgentia bis centum dierum, quotiescumque praefatis sacris functionibus vesperarum, matutini, et Missae diebus octavae ejusdem festivitatis, quis interfuerit pro quolibet ipsorum operum.
5. Indulgentia octoginta dierum pro singulis reliquis horis in diebus praedictis.
6. Indulgentia bis centum dierum cuicumque, si sacerdos sit, Missam celebraverit, si vero laicus sacram Communionem devote sumpserit, et processionem Sanctissimi Sacramenti in dicta festivitate, aut alia octavae die comitatus fuerit, orando pro pace, et Sanctae Matris Ecclesia tranquillitate.

A Paulo V, praedicta die 3 Novembris 1606

6. Indulgentia bis centum dierum omnibus Christifidelibus qui processionem a Sanctissimi Sacramenti Sodalitate in dominica tertia cujuslibet mensis, et feria quinta in Coena Domini fieri solitam comitati fuerint.
8. Indulgentia quinque annorum totidemque quadragenarum Parochis, caeterisque utriusque sexus Christifidelibus, qui sine lumine Sanctissimum Sacramentum, cum ad infirmos, aut alio defertur, processionaliter associaverint.

9. Indulgentiam centum dierum omnibus Christifidelibus, qui impediti, Sanctissimum Sacramentum, ut supra comitari nequiverint, unum *Pater Noster* et *Ave Maria* recitaverint, et ut supra oraverint.

10. Indulgentia centum dierum omnibus et singulis mulieribus, quae ex juxta causa dictum Sanctissimum Sacramentum associare nequiverint, et unum *Pater Noster* et *Ave Maria* recitaverint, ac pro in firmo oraverint.

A Ven. Innocentio XI, die prima Octobris 1678.

11. Indulgentia septem annorum, totidemque quadragenarum omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, quotiescumque in quolibet loco Sanctissimum Sacramentum ad infirmos cum lumine, prosecuti fuerint, et pro pace, et concordia, ut supra oraverint.

Ab Innocentio XII, die 3 Januarii 1695.

12. Indulgentia trium annorum, totidemque quadragenarum omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui quotiescumque legitime impediti, Sanctissimum Sacramentum, cum ad infirmos defertur, comitari personaliter nequiverint lumen pro illius associatione miserint.

*A Benedicto XIV, die 13 Septembris 1749 et a Pio IX,
die 13 Junii 1853.*

13. Omnes, et singulae praefatae Indulgentiae, sive plenariae, sive partiales possunt animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicari.

Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita praesens summarium uti authenticum recognovit, typisque imprimi ac publicari posse permisit. Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 14 Julii 1853.

N. B.— Eadem Sacra Congregatio, die 23 Aprilis 1676, declaravit Confraternitates omnes et singulas Sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum Apostolica vel Ordinario auctoritate erectas aut erigendas, statim ab earumdem erectione, absque nova alia aggregatione esse debere participes omnium privilegiorum, indulgentiarum, etc. a Paulo V. Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti de Minerva in Urbe concessarum ac in posterum a S. Sede concedendarum.

Concordat cum originali.—*Fr. Jos. M. Sanvito.*—Mag. Ord. Praed. Vic. Generalis.

BIBLIOGRAFÍA

MÉTODO PRÁCTICO PARA LOS PÁRROCOS EN LA RECLAMACIÓN DE MEMORIAS-ANIVERSARIOS Y REIVINDICACIÓN DE CAPELLANÍAS.—Tal es el título de un importantísimo libro que acaba de publicar en Madrid el Ilmo. Sr. Auditor de la Rota, D. Francisco Ruiz de Velasco y Martínez.

La conveniencia, mejor diríamos la necesidad de este libro, es conocida de cuantos han tenido y tienen que intervenir en el cumplimiento de las Cargas del país, dejadas en tantísima abundancia por nuestros padres y abandonadas en casi su totalidad por nosotros sus hijos. Es decir, por los Cabildos Catedrales, Colegiales y Parroquiales; por las Cofradías y Hermandades de todas clases; por los Colegios, Hospitales, Orfanotropios y Casas de Misericordia de todos géneros y por los Párrocos de todas y cada una de las Iglesias de España; porque en todos ellos había multitud innumerable de Memorias de Misas, de Aniversarios y de Capellanías, que aún pueden y deben reclamarse, no obstante las leyes desamortizadoras, que en estas materias tienen mucho menor alcance de lo que generalmente se cree.

Para facilitar estas reclamaciones, poniendo el modo práctico de hacerlas, después de asentar los fundamentos de derecho en que han de apoyarse los reclamantes, escribió su libro el Ilmo. Sr. Ruiz de Velasco, con lo cual dicho se está cuanto sea el interés de semejante publicación.

Divide el autor su trabajo en dos partes, tratando en la primera de las *Memorias pías* y cuanto con ellas se relaciona; y en la segunda de lo relativo á Capellanías, á lo cual sigue después una colección de formularios para los juicios verbales, actos de conciliación y modos de presentar las demandas de pobreza y de los juicios declarativos de mayor cuantía, con lo cual se evita el que los reclamantes tengan necesidad de consultar con personas extrañas.

Este *Método práctico*, que bien pudiera venderse á cinco pesetas por ser un tomo de más de 500 páginas, impreso con esmero, en atención al estado de penuria del clero, se vende á 2 pesetas en Madrid, casa de Enrique Hernández, Paz, 6, y en la del autor, Bolsa, 16, 2.º

Memorias de un estudiante, por Aurora Lista. Es una preciosa novela de costumbres, en la cual se da á conocer prácticamente la benéfica influencia de la religión en las familias, y los estragos que en las mismas causa la impiedad. Su lectura es muy propia para las familias cristianas, y en particular para los Hermanos de la V. O. T. de N. P. San Francisco, cuyas glorias se ensalzan en el mencionado libro. Tiene 282 páginas y se vende encuadernado en rústica á 1'25 pesetas, y en tela con bonita plancha, á 1'50.

Para los suscriptores de «El Adalid Seráfico», una peseta.